

us est, te in eam spem adducit, ut credas ipsam adhuc eadem uerum? Quid ergo, eo quod Deus tecum sua usus est bonitate, ideo eum laesere pergis? Itane ejuilem abuteris clementia? An nescis Deum habere expellatæ te, ut te ad poenitentiam adigeret? Tu uero per duritiam tuam, & impoenitens cor tuum ire thesaurum thesaurizas in diem ultionum: An diuinitus & iudicium eius, & patientia, & longanimitatis contemnis? Quæ ibidem.

In morte conuerti gratia est quæ nemo potest mereri.

Conversiones in morte raptim, & nulli fieri occurrunt, qui adeo seculo cõstruat.

Luc. 13.

Dei gratia peccati gratia non est, quæ nemo potest mereri.

Inanis penitentie gratia creditur, si penitentia agere possit, cum ipsa placuit.

aus sua illi oblectamentum non negat. Tempus hoc poenitentia, quod a proposito uite systemate non abhorbat, nunquam accedit, & cumque uideat peccator fe de etate in aham traditum neque mentem mutatis, nec cor: causas preterit, ne unquam accedat. At quisquam crederet has ipsas causas ab ipsa Dei magnitudine, iustitia, bonitate deprimi? Verum est tamen, non desite peccatoris qui cogitent Deum nimis esse magnum, ut que homines faciunt, illi peccatum faciant: nullam esse rationem inter peccatum conatus, iramque Dei; vel si Deus curam gerit humanarum actionum, satis illi competant exploratamque esse eorum infirmitatem, ut non ideo uelit in iras erumpere. Contumeliosum Diuinitati argumentum; quod altera causa est patientia, quæ improborum sustinet flagitia; potissimum ad obsecrantem spectantia. Sermo Accademice, anno 1693.

Criminum nostrorum pondere obruitur, & vix cogitamus; nunquam tamen hoc ex mentibus nostris deberet excludere, ut incessem illa eluereus perinde ac a nobis recens patrata. Hæc est ratio nostram frangendi superbiam, sæpe repetendo nosmet ipsos, & ea, in que incidimus mala, cautiore etiam & vigilanter elemus, ac nebitur diligentius cauemus. Sanctus Paulus, qui non peccabat amplius in singula momenta alius repetebat præterita scelerata, & ea etiam narrabat, que per ignorantiam commiserat, & que per Baptismum deleuerat. Venit Iesus Christus in mundum ut saluos faciat peccatores, quorum ego sum primus. Quamvis peccata fuerint remissa; tamen cum illorum remissio, nobis dolorem, pudoremque clere possunt, & efficere, ut illum diligamus, qui per summam indulgentiam ea nobis condonauit. Ex Opusculo S. Chrysostomi.

Si Scripturarum locos consulimus, ubi loquitur Deus de poenitentia, que fit dumtaxat in morte, non præterquam quod moriens sperandi gratia est, quam non meretur, & que e contra se præbit indignum per ea scelerata, in que hæc illam deiecit præsumptio; gratia est, quam Deus illi pollicetur non esse, immo quam se petenti negaturum minatur est. Nunquam satis ostendi potest hæc ueritas adeo terribilis, neque satis iterari illa Dei ipsius uerba: Quia uocatus, & pro. 2. 18. natus; exenti manum meam, & non fuis, qui aspiceret. Desperasti enim consilium meum, & inuersionem meam negasti; ego quoque in interiori uessu uidebo, & subsannabo, cum uobis id, quod timuistis aduerserit, cum irruerit repentina calamitas, & inueniatis quasi tempestas ingruerit: quando uenerit super uos tribulatio, & angustia; tunc invocabunt me, & non exaudiam; mane conseruet, & non inueniet me, eo quod exeam habuerint disciplinam, & timorem Domini non suscepunt. Ex his uerbis inferamus; morientes debere semetipsos excitare ad poenitentiam ipse adductos misericordie, qua Deus cum illis uti pretat; uidentes uero opere pretium facturos, si quam primum illos poeniterit ad minus sibi a Deo intentas euadant, quam si peccata perrexerint adduci fallaci spe ejus gratia, quam nemo unquam illis promittit. Le Torneuus in Anno Christiano.

Crucifixus fuerat Dei Filius inter duos latrones medius, ut eorum sceleris confusio haberetur; ille uero alterum ex his teilem assumit, ac patronum sua innocentia. Promittit illi, ubi in Crucem subleuatus esset, omnia ad se pertracturum esse, & facturum ut qualis esset ab omnibus agnosceretur: incipit autem ab hujus latronis conversione. Naperrime pro peccatoribus orauit, & illatum uoti damnatur peccatoris hujus sanctificatione. Penæ, quas pro peccatis patimur, Iesu Christi cruciatibus adjunctæ dignæ sunt, que uitam æternam promouerant; & hic dominice mortis fructus a Salvatore applicatur huic homini pro suis latrociniiis crucifixio. Latronis Crux per Salvatore Crucem sanctificatur; hoc pacto suorum criminum pena fit expiatio; & mutatio cordis illius, quam Iesu Christi gratia operatur, omnia mutat in illo, & supplicia sua in salutis sue instrumentum conuertit. Poenitentia ejus notata digna est: Veretur Dei iudicia, que iam redarguit scilicet suum illa non reformidantem. Sua conuitetur scelerata; fatetur quidem se dignas sceleris suis penas luere. Exprobrato alteri facta ostendit, ipsum uere detestari scelerata, quorum nomine se ipsum infamulat. Mortem, crucemque ipsam recipit tanquam penam, quam meritus est, neque a Filio Dei petit inde liberari malens in uita hæc peccati sui penas perfoluere, ne illa sibi in altera sint sustinenda. Deum quidem timet, sed eo timore, qui peccati veniam minime excludit, quapropter inquit: Domine, memento mei, dum ueneris in regnum tuum. Luc. 23.

Semper ob oculos debet uersari debeat, præterita uita diligenter.

Mera præsumptio est in morte misericordiam Dei sperare, dum sperantes uideamus, quæ illis uoluntatem.

Bonus Latro nihil de se præsumit facturus se iudicem, & periret uenturum.

Non possat regnare cum Iesu Christo, hunc orat solum, ut ipsius meminit uelit. Nihil in suis meritis confidit, emniaque a Salvatore sui misericordia præsolatur. Se nulla re dignum putat, & obinet omnia ab illo, qui getit dare illi plura, quæ petuntur, ubi cum corde contrito, & humiliato uere petatur. Le Torneuus in Anno Christiano.

Si boni Latronis exemplum nobis est, sed argumentum, illud mali ueteris nobis debet incurrere.

De morientis poenitentia, ne desperemus; licet feruora, stertit non erit, modo fit uera. Latronis in cruce conuersi exemplum sperat nefarius peccatoribus adstruit, ipsos quoque ut illum, antea vite ueniam esse conlecturum, si in morte uere, ut ille, sese conuerterint. Sed ne quis se ipsum fallat, Latronis alterius damnatio ostendit nullam pro impenitentibus esse gratiam; & conversionem peccatoris in morte gratiam esse, quem ille non meretur, & quam non omnibus concedit Deus. Mirum est, quod tot mortales se cum Latrone bono saluos futuros sperent, & paucimetaunt, ut cum malo damnentur. Jus quidem tibi ad salutem est, dummodo conuerteris; sed jusque tibi est, ut expectetur, donec fueris conuersus? Quidquid alteri contigit ex Latronibus, non contigit alteri. Uterque eodem affectus supplicio fuit; uterque proximis erat Deo, sed non uterque fidem habuit, quæ saluum facit, & fides ex Diuo Paulo donum est. Per hæc fidem alter per altero emuit, ut idem Apostolus inquit; & quis inter utrumque discrimen constituit? Quid habes, quod non acciperis? Vereamur, ne in uita nosmet confundamus cum impenitentibus, ne cum illis in morte etiam confundamur. Si illud tantum insuperaueris, quod duobus hisce Latronibus contigit, alterius exemplum tantum timoris in nobis clere debet, quantum spei alterum ciet. Torneuus in Anno Christiano.

Sancti Patres boni Latronis fidem æque ac poenitentiam admirati sunt. Quipe Iesum Christum agnouit inter ipsas infirmitates, quibus reliquis hominibus abscõdebatur. Illum ab ipsis Discipulis suis derelictum tuetur. Crux huic non ut aliis scandalum fuit, tamquam Regem habuit, qui pendebat ex ea, & cognouit eundem in Regnum suum per eandem intrare. Illum credidit Iesum Christum, & palam profertus est. Martyres inter cruciatum gloriosum Iesu Christi nomen confessi sunt; ille uero eum confessus est, cum ab aliis blasphemis profunderetur; omnibusque conspirantibus, ut hæc Regis dignitatem irrideret dicendo: si est Rex Israel, saluum faciat semetipsum, recens ille Discipulus, quin omnium blasphemantium irisionem metueret, palam dicit: Domine, memento mei, dum ueneris in regnum tuum. Quæ gloriosa confessio efficit ut a nonnullis Patribus iplo Martyris titulo decoraretur. Idem ibidem. Loquitur mihi Deus in imo cordis mei, & nescio quam illi obediã, & dubito utrum uoci illius uictas dem manus. Mensis abiit, immo sex; fortasse etiam plures anni, cum Deus a nobis expeit sacrificium non bonorum quidem, uel uite nostre (quod si posceret, nunquid illud nobis esset detestandum?) sed unius uoluptatis, unius solatii, unius affectus, nihilominus sacrificium & hoc illi negamus; & nos eidem placere negamus? Meditemur hujus repulse nequitiam, & injuria gravitatem. Tamen Deus ille, qui exilic hoc sacrificium negamus, ille ipse est, a quo juges gratias expectamus, & ueniam cum plurimorum scelerum, tum illius etiam repulse, quæ quotidie illi propria sua bona negamus. Quisquam oculos aperimus, ut uideamus errores nostros, ac tantum concipiamus terrorem, quantum opus est, facti adeo nefarii, & ab omni religione specie abhorrentis: nisi hoc modo contigerit? Fateamur facinus hoc nostrum contradictionibus, & iniustitiis diffusura. P. Croiset in Afericis Exercitationibus. Tom. 5.

Quam iniuste sit peccator nolens audire uocem Dei.

PROSPERITAS. MONITUM. Prosperitas iustorum, & iniquorum: pericula, & mala prosperitatis.



Difficile est habere concionem ita propriam hujus argumenti, ut non admisceantur alia quædam, cum quibus necessitudine ueluti quadam coheret, ita ut emmo separari non possint: prosperitas enim est plurimum bonorum conuerget, in quibus mundi sceleratoses suam felicitatem constituunt; & quorum possessio efficit, ut beati censentur, & nuncupentur. Adversitas, que illi opposita non sunt, providentia, que uita hujus bona, & mala distribuit propter fides, qui abis explorari non sunt, crimina, & flagitia, que hoc in statu passim grassantur, aliisque plura argumenta naturalia quodammodo nexu cum hoc conjunguntur. Hoc tamen prohibere non debet, quominus hoc pertractetur materia, non secus ac alia plures, in quibus totum sæpe discrimen ex varia illas pertractationi ratione procedit.

Cæterum argumentum hoc, de quo Billia, & Patres sæpe loquuntur, ex quo Ethnici quoque Philosophi præcipua mentali scientia hauriunt documenta, & cuius denique exemplis pleni sunt libri: hoc, inquam, argumentum non minus Reo elasticio suggestu dignum est: locum præbet uicis descriptionibus instabilitatis rerum humanarum, suadet bonorum mundi contemptum, immitteit metum statum adeo periculose, nobisque detegit scopolos sub hæc felicitatis specie latentes: denique ostendit minus inuidendum, quam descendam esse sortem illorum, qui diuina, ac iugi prosperitate fruuntur: neque se eo pacto traheret, quo tractari potest, sic sermo non minus utilis, quam eloquentis, argue dixeris.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Concionum hujus Argumenti Structura.



Pro sermonis de mundana prosperitate argumento desumi possunt ista due propositiones, aut ueritates, que illum bifarium partientur. Prima est: temporalem prosperitatem, que ut plurimum est obiectum votorum, ac desideriorum illius, qui sequitur mundum, esse debere obiectum contemptus timoris, ac abominations uero fideli. Altera est: impiorum prosperitatem, quin nobis inuidia sit causa contra beatos sæculi, quibus omnia fluunt & festulant; uel causa querimonie contra providentiam, efficere debere, ut & eorum infelicitatem miseremur, & Dei erga nos consilium adoremus, qui non passus est nos in hoc mundo beatos esse, ut æterna in altero beatitudine perfruamur. Pro priori, supponendum est prosperam rerum cursum, rerumque affluentiam per se nullo esse in discrimine, & inæqualem bonorum uite hujus diuisionem pro mundi regime esse necessariam; sed his postremum ob-

tinentibus locum inter ea, quibus a Deo homines cumulantur; hæc a nobis quidem impensius & enixius optanda non esse, sed i. contentendam, quoniam a Deo nullo habentur in pretio, quandoquidem uberius grauissimis etiam inimicis suis largitur illa; quoniam non ideo in oculis ejus magis accepti sumus; & quia sæpe sunt pretium iniustitie, & criminum eorum, a quibus possidentur. 2. Metuenda nobis esse propter periculum, in quod nos adducunt, æterna bona amittendi. 3. Inuidenda esse, & abominanda, quippe uelut sunt causa criminum, ac malorum, que committuntur in mandato. Veritas altera. i. Impiorum prosperitas non solum excitare non debet inuidiam nostram contra possidentes illam, uerum etiam efficere, ut eorum infelicitatis misereamur: quoniam hæc passim reprobationis noxa est eas ob rationes, que in deorsu collectionis hujus occurrent. 2. Quia de providentia conseruatur, Deo benedicere debemus, eique gratias agere, quod nos

es in loco constituerit, ubi pauciores habemus nostrae salutis obices, ac plura adjuvantia ad aeternam felicitatem comparandam &c.

II. Facile est videre, prosperitatem impiorum effecere, ut eorum interitus, atque perniciis certa fere sit, atque inevitabilis.

1. Quia alit, & fovet eorum vitia, cupiditates, superbia, ambitionem, voluptatem, aliaque crimina, quae mergunt homines in interitum. 2. Quia obstaculum est fere insuperabile omnibus Christianis virtutibus, quae media sunt profus necessaria ad salutem operandam. Hujusmodi sunt humilitas, patientia, mortificatio, quae omnia cum prosperitate simul esse posse nequaquam videntur.

III. 1. Prosperitas impiis tribuit facultatem, facilitatemque malum operandi, prava consilia exequendi, atque cupiditatibus suis obtinendi. 2. Illis impunitatem promittit in criminibus, videtur Deum pacem eorum non perturbare, nulli illos afficere poena, neque ulla calamitate felicitati illorum obviare; quamobrem omnia flagitiorum generi sese mancipant. 3. Efficit etiam, ut nequissimorum actionum laudatores, fautoresque reperiant, quin Divinorum suppliciorum terrorem illis imittat.

IV. Temporalis prosperitas ut plurimum tres mala efficit impressiones in illis, qui eadem perfruuntur. 1. Facit, ut corde, & affectu adhaerant mundo; deo enim est illis proprius, & peculiaris effectus, & ideo querit, & exoptat, ut homines suam in hoc mundo felicitatem constituent contra primum Christianae Religionis principium, & promissionem, qua in Baptismo se mundo, ac pompis ejus abrenunciaverunt polliciti sunt. 2. Facit, ut obliviscatur Dei, omniumque pietatis, & religionis officiorum. 3. Studio, quo in malam-feruntur, addit facilitatem, & subsidia ad illud petendum.

V. Temporalis prosperitas optanda non est, cum eadem careamus: omnium enim saecularum docet experientia, plurima pericula, & mala eam comitari, ac in omnem vitae spatium, omnique aeternitatem subsequi. 2. Cum eadem fruuntur, metuenda est, quia fortasse nostrae damnationis erit causa.

VI. 1. Prosperitas fidem infirmat, inmo etiam profus evertit; etenim non sequitur amplius ejus principia, & lumina, sed politica profus mundanae rationem sequitur. 2. Evertit spem Christianam; videntur enim abrenunciare alterius vitae bonis, de terrenis dumtaxat solliciti. 3. Necessario effectu exinguit charitatem tam erga Deum, cui vitae hujus bona praefertunt, tum erga proximum, qui contemnitur, & quem ne cognoscere quidem affectamus.

VII. Tria sunt possimum vitia, vel peccata, quae ex mundana prosperitate proficiuntur. 1. Superbia. Cum enim nosmet supra ceteros elatos intuemur, illos despiciamus, & haec superbia eo usque procedit, ut nosmet fortuna nostra auctores credamus, quin illam Deo referamus acceptam, & speremus fore, ut sine ope illius omnia nobis fluant ex sententia. 2. Licentia audendi omnia; omnia nobis fas esse putamus, ex quo in manu nostra facultas, atque auctoritas sita est. 3. Cordis durities; nullis Christianis veritatibus, gratiis, & ceteris minis afficimur; laudibus tantum, & adulantium verbis movemur.

VIII. Mundana prosperitas considerari potest I. in causis, quae produxerunt illam, atque tunc passim noxia est, utpote quae fructus iniquitatum, malarumque actionum, per quas nosmet exultamus, & ad sublimem fortunae fastigium evasimus, 2. In effectibus: impellit enim in sexcenta crimina, & causa est plurimorum saecularum. 3. In termino, in quem asserta hac felicitas tendit, hoc est in aeternam infelicitatem.

IX. Temporalis prosperitas saluti fatalis est, & perniciosa, & vulgo spectanda est tamquam nota reprobationis. 1. Ita excaecat eos, qui constanti felicitate fruuntur, ut non aliam vel credant, vel sperent, quam vitae hujus beatitudinem. 2. In contentia hac felicitate sepiorem illis ita immittit, ut summum votorum sit eadem tranquille in reliquam vitae spatium gaudere. 3. Cor eorum ita induratur, ut nulla alia re afficiantur.

X. 1. In prosperitate omnia vitam mollem, otium, voluptatem, vitium suadent. 2. In prosperitate omnia impedimento sunt ferventibus peccatoribus, omnia eadem media efficit inutilia.

XI. 1. In prosperitate, atque hujusmodi bonorum affluentia lapsus frequentes sunt, & fere inevitabiles, occasiones, & media cupiditatibus satisfaciendi nunquam desunt &c. 2. Media, & subsidia confurgendi rara sunt, tenuia, & ut plurimum irrita, quamobrem id genus hominum in manifesto periculo verfat.

Tria magna sunt mala, quibus illi obnoxii sunt, qui prospero recum cursu itantur, five hoc in statu nati sint, five labore, ac industria ad illum pervenerint.

Primum est, quod se ipsos non verent, & putant ea, quae possident, bona, & commoda, quibus fruuntur, sibi debere, atque ex illis ipsis prolepta esse, quin eadem providentiae relere debent accepta; quae causa est, propter quam se alibi praesare putant, & plerumque prosperitas superbia creat.

Alterum est, quod ea quae magis realia, atque essentialia sunt, negligunt, quod Christianarum virtutum praxis deserunt, quod temporalia dumtaxat bona quarunt, & spiritualia penitus contemnantur.

Tertium est, quod prosperitas, & terrenorum bonorum copia accedens licentia, atque faciliatate propriis satisfaciendi cupiditatibus, saepe nihil adeo flagitiosum, ac turpe est, quod inausum relinquunt.

In duobus sermonibus pantheis his, qui prosperitate fruuntur, in mentem revocari potest.

1. Beatitudinem horum felicium saeculi, cum sit temporalis, esse inconstantem, ac sexcentis perturbacionibus, & sexcentisq; molestis casibus obnoxiam. 2. Illos in aperto verari aeternae calamitatis periculo, postquam peruncioria, laxaque gavisi fuerint felicitate.

Ostendi potest, impiorum prosperitates gravissimum esse supplicium, quod ab illis Deus in hac vita post se expetere. 1. Quia hoc est summum aeternae reprobacionis eorum praesagium. 2. Quia hoc est illos in eo statu relinquere, ubi media salutis operanda sunt difficilissima, ac moraliter impossibilia. 3. Quia quotidie crimina criminibus agglomerantur thelaurum sibi ita thesaurum, atque sua pro altera vita augent supplicia, sese indelenter in hac nequicia efficiendo.

Circa impiorum prosperitatem duo errores corrigendi sunt.

Primus est, quod illi tamquam beati ducuntur, quorum etiam beatitudinem invidunt, cum e contra nemo sit magis miserandus, neque in apertiori aeternae infelicitatis periculo veratur.

Alter est, quod bona, quibus fruuntur, existimantur veluti Dei benedictiones super ipsos, cum e contra nulla alia sit apertior nota Divina in ipsos ira, & indignationis. Ex Auctore sermonum in omnia Ethica Christiana argumenta Dominica 3. *test. Testis.*

1. Impius felix esse occasio scandalis pluribus, qui inde ansem arripunt obumbrandi contra providentiam, & accusandi Christianam religionem, quod olim Ethnici faciebant. 2. Objectum est invidia mortalibus, sed illis esse debet potius misericordiam obiectum. 3. Justum est subiectum, in quo Deus ultionem suam, & severissimas iustitiae suae poenas exercet.

1. In prosperis facile obliviscimur Dei, & omni flagitiorum generi nosmet mancipamus. 2. Deus vicissim quodammodo obliviscitur peccatorum in prosperis, illos tradens desiderii cordis ipsorum, neque eos amplius tamquam filios respiciens.

PARAGRAHUS ALTER.

Fontes, Auctoresque, unde hauriri copia potest ad prosperitatis concionum structuras exornandas.

Sanctus Augustinus lib. 1. de Civit. cap. 30. ostendit sancti Patris prosperitatem gignere, & fovere vitia omnia.

Idem lib. 10. Confess. cap. 28. docet mundi prosperitatem nunquam tutam esse, sed cum meta conjunctam.

Idem lib. de 50. Homil. Homil. 21. & in Psalm. 50. docet perniciosam esse prosperitatem, ac per eam mentem, moresque corrumpi.

Idem in Psalm. 138. ostendit vitam praesentem ex die, & nocte consistere, prosperitatem vero diei, & ad veritatem comparat nocti.

Sanctus Gregorius in illud Jobi 3. Quare data est mihi lux, & vita vita, qui in amaritudine animi sunt ostendit justos meture, ne temporalis prosperitas tota sit bonorum operum suorum merces, & ne prohibeat, quominus vitae alterius cogitent bona.

Idem in Pastoral. part. 3. Admon. 23. egregia tradit monita illis, qui prosperitate fruuntur.

Idem Admonit. 27. ostendit Deum tribuere nonnumquam prosperitatem justis tamquam remunerationis initium, & aliis, ut inexcusabiles sint, quod illi non fervierint.

Idem lib. 20. Moral. in cap. 28. Jobi plures adfert rationes, propter quas sepe permittit Deus, ut omnia impiis cedant & sententia, & justis saepe in hac vita sint calamitosiores.

Idem lib. 6. Moral. in cap. 4. Jobi ostendit impiorum

XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII.

Affectus.

Concionatoris superi.

Qui colligat adieciunt.

PARAGRAHUS III.

Locis, Exempla, & Applicationes Bibliorum huic Argumento.

rum prosperitatem, quantumvis constans videatur, a Deo maledictam esse, neque diu subsistere.

Idem lib. 23. Moral. in cap. 4. Jobi acriter refellit Haereticos, qui felicem quidem, prosperumque rerum suarum cursum assererent tanquam argumentum veritatis doctrinae suae, persecutiones vero, ut Ecclesiam Catholicam a Deo reprobata esse probarent.

Idem Homil. 19. in Ezechiel. ostendit justos in casu duplicem fere palam, & coronati tanquam victores, eo quod de prosperis aequae, ac de adversis triumphum retulerint.

Idem in aliis pluribus moralium locis ostendit periculum prosperitatis, & utilitatem, quae Christiani referunt ex adversis.

Sanctus Chrysostomus in exhortatione in cap. 16. Sancti Matthaei ostendit, neque querendum, nec optandum esse homini totum vitae spatium in iugi prosperitate tradere.

Idem exhortatione in cap. 18. hujus vitae bona, quae a mundo veluti bona habentur, esse vera mala, & sepe ea mala, quae maxime formidanda, esse bona, si illis bene uti noverimus.

Idem exhortatione in cap. 24. docet peccata, quae in prosperis committuntur, gravius, quam cetera puniri.

Theodoretus sexto, septimoque sermone de providentia rationem reddit, inaequalis divisionis, quae Deus hominibus vitae hujus bona, & mala partitus est, ac ostendit, illum consuetudine alia aliis temperare.

S. Ambrosius lib. 1. offic. cap. 15. & 16. eos consolatur, qui de honorum calamitatibus, & prosperitate impiorum dolent.

S. Bernardus serm. 42. in Cant. docet putandum non esse, Deum sua uti erga peccatores misericordia, cum permittit, omnia illis fluere & sententia, sed potius severissimam in illos exercere iustitiam.

Recupitit de signis praedestinationis, & reprobationis sermo 4. ostendit impiorum prosperitatem signum esse reprobationis.

Dandus in Ezechiel. serm. lib. 36. fusus verba facit pluribus in capitibus de prosperis, & adversis.

P. Cassinus in Aula facta octavo 14. de tribulationibus loquitur de prosperitate impiorum tanquam de punitione Dei.

P. Antonius de Sancto Martino a Porta in libro, cui titulus: *Le conduites de la Grace* par. 3. tract. 9. ostendit unum ex modis, quibus vitium Deus pro peccatorum conversione, esse prosperitatem.

P. Cordier in familia sancta tom. 3. cap. 16. §. 8. docet, quomodo familia sancte instituta sese gerere debet in prosperis.

P. Poiret Auctor Triplicis coronae Sanctae Virginis in libro, cui titulus: *scintilla pastorum*, part. 2. c. 8. ostendit, injuria vituperari providentiam, vel saltem obumbrari de bonorum, malarumque divisione, bonis, & impiis facta.

P. Nepveu Christianis considerationibus tom. 4. consideratione pro die 18. Novembris ostendit infelicitatem peccatoris in ipsa prosperitate.

P. Texier in Aivento serm. 4. ostendit impium in sua prosperitate maledictum.

Idem in Dominicali Domin. 4. post Pentecost. agit de bonorum, impiorumque prosperitate.

De la Volpilliere tom. 2. serm. de prosperitate impiorum.

Flecher serm. 3. pro comitiis Occitaniae plurima habet hujus argumenti.

P. Girault tom. 3. Quadragesima sermone pro feria 6. hebdomadae Passionis.

Abbas de Monmorel tom. 1. Homil. pro 4. post Epiph. Dominica.

La Font in continuatione sermonum Ecclesiasticorum tom. 1. pro secunda Adventus Domin.

Joly tom. 1. profusionum, pro 5. Dominica post Epiph.

P. de la Colombiere in tomo Christianarum considerationum unam habet de adversitatibus, & alteram de prosperitate impiorum.

Auctor sermonum in omnia Ethica Christiana argumenta in Dominicali tom. 2. serm. pro 3. Dom. post Pascha hoc tractat argumentum.

Specimen sermonum pro Dominicis. Secunda Quadragesima Dominica.

Ibidem pro 3. Dominica adventus.

P. Massillon recens editus. Sermone pro feria 5. post Cineres fusus loquitur de prosperitatis periculis.

Berchorius } Verbo Prosperitas.
Labatha }
Granatenfis in locis communibus. Verbo Fortuna.

Inimici Domini mox ut honorificati fuerint & exultati deficientes quemadmodum fumus deficient. Ps. 36.

Vidit impius superexaltatum, & elevatum sicut Cedros Libani; & transivit, & ecce non erat, & quaevis eum, & non est inventus locus ejus. Ibid.

Ne zelaveris facientes iniquitatem: quoniam tanquam fagum velociter ardescent, & quemadmodum olera herbarum cito decidunt. Ibid.

Zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns. In labore hominum non sum, & cum hominibus non flagellabuntur: ideo tenui eos superbia. Ps. 72.

Ecce isti peccatores, & abundantes in saeculo, obtinuerunt divitias. Ibid.

Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventioibus suis. Ps. 80.

Prosperitas stultorum perdit illos. Prov. 1.

Hec quoque vidi in diebus vanitatis meae: justus peris in iustitia sua, & impius multo vivit tempore in malitia sua. Eccl. 7.

Intellexi quod omnium operum Dei nullam posse hominem invenire rationem eorum, quae sunt sub sole. Eccl. 8.

Non zelat gloriam, & opes peccatoris: non enim scit quae futura sit illius subversio. Eccl. 9.

Quare impij vivunt, subvertuntur sunt, confortantur divitiis domus eorum secure sunt & paratae, & non est virga Dei super illos. Job. 21.

Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Ibid.

Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus, qui praecursum, & inique agunt? Planasti eos, & radices miserans, proficiens & faciens fructum. Jerem. 12.

Is qui opulenti estis in Sion, qui dormitis in lectis abundantibus, & lascivitis in stratis vestris. Amos 6.

Quare respice super iniqua agentes, & taceas depravatae impij justitiam se? Habacuc 3.

Pe vobis divitiis, quia habetis consolationem vestram. Luc. 6.

Illi, recordare quia receperis bona in vita tua, & Lazarus similiter mala nunc accepit hic consolatur, in vero cruciatus. Luc. 16.

Multo tempore non sine peccatoribus ex sententia agere; sed statim ultiones adhibere, magni beneficii est indicium. a. Machab. c. 6.

Exempla Veteris, Novique Testamenti.

Satis significari non potest, quam perniciosus esset mundus, si fautoribus suis perennem, semperque constantem largiretur prosperitatem. Videmus innocentem Adae, sanctitatem Davidis, sapientiam Salomonis non satis habuisse virium, ut infignes hos viros in prospero eorum statu tuerentur, ipsosque in fine felicitatis pondere cbrutos occidit. Itaque inter praestantissima monumenta, quae olim Moyses populo Dei tradidit, fuit illum admonere, ne, ubi absque ulla poenitentia comedes panem tuum, & veram omnium abundantiam perfrueris. . . . obliviscaris Dominum Dei tui, & negligas mandata eius. Deut. 8. Quamobrem Sanctus Hieronymus in Ezech. 13. dixit superbia, erupulam, delicias, mollitiam fuisse peccatum abominabilis urbis illius, quae igne caelitus demisso conflagravit; eo quod haec omnia non ad Dei oblivionem inducunt.

Considerate duos hosce magnos viros, utrumque ab uxoris tentatum illos in peccatum impellere cupientibus. Omnia savent Aiae, omnia Jobo adversantur: ille est in statu innocentiae, hic in statu naturae corruptae: Adam immedietate ex Dei manibus egressus, Job ex idololatriae majoribus ortus. Attamen Job victor est; Adam vero turpiter victus. Non alia adest ratio, Sanctus Chrysostomus inquit, praeter hanc: Adam in prosperitate tentatur, Job in adversis: iterquilimum Job pupae locus est longe felicior, quam paradisi terrestria: Job caeter in sterore, quam Adamus in paradiso. Si ergo sanctissimi etiam, atque iustissimi tentationibus inter innocuum prosperitatem superantur, quid erit de peccatoribus in noxia prosperitate degentibus: certe haec illos perdet prosperitas: Prosperitas stultorum perdit illos. Prov. 1.

Vos non latet, postquam David cum Bersabea infigne illud, ac nemini non exploratum fecisset patrum, Deum nihil illi vehementius exprobasset, quam quod in tantam ingrati animi vitium occidisset, postquam

Exemplum eorum, qui in prosperitate lapsi fuerunt.

Facile est in tentatione subire cedere tentationi.

sihli ad iudicandum sibi Deus reservaret: Nihil ul-
mo iudicio referuntur. Caterum si Deus, Do-

Deus, vulgo Doctores inquit, non panit omnes
mundi huius peccatores, ne vel resurrectio non expe-

Si passim impit prosperis rebus frui videntur, hoc
accidit, sancti Patres inquit, & inter ceteros Sancti

Cum relinquat Deus infigens peccatores prosperis
frui rebus, eoque cumulatos bonis, quin eorum gaudi-

Considerandum est, nefarios homines, quos pre-
videt Deus futuros per nequitiam, & pertinaciam suam

Hominum plerique indultus, meritoque suo ac-
ceptum referunt, quidquid ipsi sunt & sententia, quid-

Periculosissimus prosperitatis effectus est peccatorem
incorrigibilem efficere, ideoque ad finalem impo-

tentiam perducere. Et ratio constat. Via enim, qua
nostra castigare possimus errata, hac est, si corripia-

Spes duplicem habet effectum: prior est efficere,
ut invisibilia, aeternaque bona desideremus: quia ma-

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Affectibus, recentioribusque Conclonatoribus
loci huius argumenti.

Quod hominum plerique fallit, estque scandalum
adfert, hoc est, quod putant aliquem ideo bea-

Fateor equidem, saepe Deum mundi saeculorum
terre bona relinquere, verum scias, nunquam hor-

Felicitas, que viginti vel triginta dumtaxat per-
manet annos, & que hoc elapso tempore evanescit,

in hominum vita bona malis admiscet, presertim
vero in via felicitum, & utraque temperat, ne illos

Facile intelligimus, quomodo qui nullam unquam
in terra gustat voluptatem, omnibus mundi volupta-

Facile intelligimus, quomodo qui nullam unquam
in terra gustat voluptatem, omnibus mundi volupta-

Cave, credas, mundi felicitatem gratiam esse, quam
tuis tantum amicis concedat Deus. Saepo Deus opes,

Non semper tamen ob hunc finem Domini hac
bona tribuit, que humanam cor peritatis terre bonis

Jesus Christus ubique deserta videtur de illis,
qui in opibus, affluentia, ac prosperitate vivunt, ubi-

Mundus nobis periculosior est, Sanctus Augustinus
ait, cum ridet, quam cum persequitur, & favore

sunt, quam repulle, que nos ad eum contentandum
inducunt. Et sane seu temporalem ipse prosperita-

In prosperis, ac dignitatibus omnia siquid conse-
rant ad cupiditates nostras fovendas: laudes, quas mor-

Quam tristes sunt prosperitatis effectus! Quando-
quidem ita res se habet, Domine, & mundi pompa

Cum qui prosperis fruuntur, gratias recipiunt, ab-
utuntur illis, & haere semper inutiles funt. Sua vel nullam

Occasiones, & externa omnia plurimum conferunt,
ut hominem prosperis gaudentem rebus a via salutis

Hic, Domine, tua secreta consilia venerat: vi-
dens enim terrarum orbem repletum bonis, qui afflicti

Sic Deus
non panit

Prospertis
inopiam
neque est
reprobatio.

catorem effi-

Prospertis
no defunt

Prospertis
non defunt

Prospertis
aliquid est

Mundi pros-
peritas

Impiorum
prospertis

Deus in ho-

In prosperis
non defunt

Gratia Dei
vel nullam

Quoniam